

DISPUTATIO JURIDICA
DE DEPOSITO,

QUAM,

D. O. M. A.

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi, & Consultissimi Viri,

DN. GEORGII DAVIDIS LOCAMERI, J. U. D. ET IN ALMA ARGENTORATENSIVM Uni versitate, Professoris celeberrimi, Facultatis Juridicae p. r. Decani spectabilis Praeceptoris ac fautoris sui æterno observantiæ cultu excipiendi,

Addiẽm Maij

*In Auditorio ICtorum publici exercitiij gratiã
proponit*

JOANN-MELCHIOR REINHARDUS
Spirã Nemes.



ARGENTORATI,
Typis HOLLANDI FINDLERI,

Anno M. DC. XXIII.

33.
453

1623, 5.
1/



MAGNIFICIS
NOBILIBUS, AM-
PLISSIMIS, CONSULTIS-
SIMISQUE VIRIS:

DN. DOCT. JOHANNI Schmalzaldern
DN. DOCT. BERNHARDO Jenisch

} Cuius celeberrimis, Camera
Imperial. Assessoribus excel-
lentissimis:

NEC NON
CLARISSIMO AC CONSULTISSIMO
VIRO:
DN. DOCT. GEORGIO HARTMANNO Rühorn Ju-
dicii S. Rom. Imperij Advocato dignissimo:

Dominis Mecoenatibus, Patronis, Affinibus
ac respectivè Curatoribus aeterno venera-
tionis cultu prosequendis

Disputationem hanc Juridicam
debitè observantiæ ergò

D. O. C.

Autor Resp.

DISPUTATIO
DE DEPOSITO.

THESIS I.



Depositum^a est contractus^b juris gentium^c
nominatus^d bonae fidei^e realis^f de re non
litigiosa^g & gratis^h custodiendaⁱ & eadem in
specie^k restituenda quando cunque liberit
deponenti.^l

a) Dicitur ex eo quod ponitur: praeposito enim **D**e, auget di-
ctionem **POSITUM**, quasi dicas seorsum positum a ponente apud
alium, ut ostendat totum ejus fidei commissum esse, quod ad custo-
diam rei pertinet l. 1. pr. ff. h. r. Variæ sunt autem depositi significa-
tiones, quarum tamen, omissis reliquis, potiores sunt, quod deposti-
tum aliquando denotet ipsum depositi contractum, ut in §. 2. *Inst. de
Jur. Nat. gent. & civil. l. 1. §. 6. ff. h. r. l. 7. §. 1. ff. de pact. & tunc vocat-
ur etiam depositio l. 1. §. 2. 22. l. 5. s. fin. l. 17. §. fin. ff. h. r. l. fin. s. 1. ff.
ut legat. seu fideic. l. 2. §. 24. ff. de vi bonor. rapt. l. 9. §. 3. ff. de dolo. Ali-
quando vero rem ipsam depositam, seu materiam circa quam signifi-
cet, l. 1. pr. ff. h. r. l. 10. C. eod. b) Et quidem verus ac proprius non
quasi §. fin. *Inst. de oblig. junct. s. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.*
c) d. §. 2. *Inst. de Jure nat. gent. & civil. d. l. 7. §. 1. ff. de pact. l. 31. pr.*
§. 1. ff. h. r. d) Quia habet proprium & specificum nomen a lege ei-
tributum d. l. 7. §. 1. ff. de pact. e) d. l. 1. §. 23. l. 24. ff. h. r. junct. §. 28.
Inst. de Act. ubi actio depositi bonae fidei actionibus expressè adnu-
meratur: & in l. 11. C. h. dicitur depositum ex bona fide oriri. f) Quia
nō solo consensu constat, sed ad sui perfectionē præter consensum rei
dationem quoque desiderat d. §. 3. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig. &*
in l. 26. §. fin. ff. h. r. satis significatur depositum contractum non
censeri, nisi traditio rei sit facta. g) Quo inter alia differt a seque-
stratione.*

A 2

stratione.

stratione. h) Depositum enim suã naturã gratuitum est §. fin. Inst. d. Mand. Si verò pro custodia aliquid datum fuerit, tunc contractus depositi degenerat in contractũ locationis & conductionis, vel in contractum innominatum: quod traditur in l. 1. §. 8. & 9. ff. h. t. l. 3. §. 1. ff. Naut. caup. stab. Quod si tamen remunerationis ergò à depositario aliquid à deponente datum fuerit, non desinit esse depositum, cum hoc extra depositi contractum, vel ex quadam liberalitate, vel ex pacto aut stipulatione praestetur; quod abusive precium dicitur in l. 2. §. 24. ff. de vi bonor. rapt. i) §. 3. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. l. 1. pr. §. 8. 9. ff. h. t. l. 5. §. 3. ff. commod. l. 3. §. 1. ff. Naut. caup. stab. §. fin. Inst. de Mand. k) In tantum ut in hoc contractu, propter exuberantiam bonæ fidei nec compensatio admitatur §. 30. Inst. de Act. l. 11. C. h. t. l. ult. C. de compensat. nec deductio d. l. 11. C. h. t. l) Et quidem statim sive illicò d. l. 1. pr. ff. h. t. l. 11. C. eod. nec potest depositarius exceptionem doli opponere, quasi & ipse quædam, contra eum qui deposuit, actiones personales vel in rem vel hypothecariam habeat. d. l. 11. C. h. t.

I I.

Estque vel^a merè Voluntarium: quod ex libera contractuentium voluntate mutua proficiscitur^b; vel Necessarium, quod conjunctam habet aliquam necessitatem.^c

a) Ratione causæ efficientis, secundum quam hæc ipsa divisio proposita est in l. 1. §. 1. ff. h. t. approbata d. l. 1. §. 2. explicata d. l. 1. §. 3. & appositione rationis sive causæ impellentis declarata in d. l. 1. §. 4. b) Aliam causam non habens quam voluntatem d. l. 1. §. 2. 3. 4. & passim h. t. ortam vel ex consideratione proprii commodi cuiuscunque, passim h. t. l. 5. §. 2. ff. commod. quod fit quando meã hoc est deponentis gratiã tantum, quod regulare est, deponitur; & in specie quando ad evitandum obligationis & usurarum onus fit depositio, l. 19. C. de Usuris l. 9. C. de solut. vel ex consideratione alieni commodi; veluti si tuã hoc est depositarii gratiã l. 4. pr. ff. de reb. cred. aut alieni hoc est tertii alicujus gratiã quid deponatur, exemplo l. fin. §. 1. C. de bon. aut. jud. possid. Potest etiam mea & aliena, l. 26. pr. h. t. l. 19. C. de usuris mea & tua, tua & aliena, mea tua & aliena gratia deponi: ex communi Dd. opinione. c) Ex casu fortuito descendente d. l. 1. §. 2. 3. 4. ff. h. t. cum quis nempe ex causa tumultus, incendii, ruinæ
auf

aut naufragii deponit. d. l. I. §. 1. 2. 3. 4. l. 18. h. t. §. 17. *Instit. de*
act.

455.

I I I.

Causa efficiens depositi remota est jus gentium secundarium.^a Proxima, consensus contrahentium.^b Proxima, quæ etiam cum forma concurrat, est ipsa rei custodia causa facta traditio.^c

a) §. 2. *Instit. de Jure nat. gent. & civil.* cui accedit jus civile: d. §. 2. item §. 3. *Instit. quib. mod. re contrah. oblig.* l. 1. §. 5. ff. de O. & A. b) l. 1. §. 3. l. 7. §. 2. ff. de pat. l. 52. junct. l. 55. ff. de oblig. & Act. l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. ff. de V. O. quia autem personarum contententium duplex est ordo, unus, deponentium, alter depositariorum: & ille hoc prior est; igitur ductum naturæ imitantes primò despiciemus de illis qui deponere sive commendare (quod idem est ut patet ex l. 186. ff. de V. S. l. 24. 26. pr. h. t. l. 6. 9. C. eod.) possunt: Possunt autem idipsum facere omnes illi qui in manu sua rem habent, & merito curam pro custodia ejus suscipiunt: ut dominus l. 17. §. 1. ff. h. t. & possessor quilibet, sive bonæ sit fidei, ut creditor ratione pignoris: l. 9. C. de pign. act. sive malæ fidei, ut fur aut prædo. l. 1. §. 39. l. 31. §. ff. h. t. l. 6. pr. ff. de judic. etiam procurator jussu domini. l. 1. §. 11. ff. h. t. item pupillus pr. *Instit. de aut. tut.* & filius familias l. 19. ff. h. t. l. 9. ff. de O. & A. l. 18. §. 1. ff. de judic. & mulier l. 26. pr. h. t. etiam alius alterius nomine l. 1. §. 11. ff. h. t. Plures quoque deponere possunt d. l. 1. §. 44. ff. h. t. & servus plurium. l. 1. §. 21. ff. h. t. & servus unius l. 1. §. 17. 30. 32. 33. l. 11. ff. h. t. & hereditarius d. l. 1. §. 29. ff. h. t. l. 9. C. eod. l. 16. ff. de O. & A. & bona fide possessus d. l. 1. §. 27. ff. h. t. fac. §. 4. *Instit. per quas pers. cuique acquir.* §. *Instit. per quas pers. oblig. nob. acquir.* & deniq; depositarius ipse. l. 16. ff. h. t. l. 30. §. ult. ff. de acquir. poss. Depositum aut. suscipere possunt omnes quicumque contrahendo seu rem accipiendi obligari possunt: qualis etiã est pupillus tutore auctore pr. *Instit. de aut. tut.* servus d. l. 1. §. 18. 42. l. 21. §. 1. l. 27. ff. h. t. filius familias l. 1. §. 42. l. 21. pr. h. t. l. 5. pr. l. 27. pr. l. 38. pr. l. 44. ff. de pecul. l. 49. de O. & A. Solebantque olim depositiones fieri apud argentarios. l. 7. §. 2. ult. l. 8. ff. h. t. c) §. 3. *Instit. quib. mod. re contrah. oblig.* l. 1. §. 5. ff. de oblig. & act. l. 1. pr. l. 6. ff. h. t. vide præterea etiam quæ supra dicta sunt in d. 1. sub lit. f.

A 3

Materia

*Materia depositi sunt omnes res^a mobiles^b quae ipso facto
deponi, & alteri custodiende tradi possunt.*

a) Quae vel pondere constant, ut aurum & argentum, purpura infecta & lana, l. 1. §. 40 ff. h. r. vel mensurata, ut oleum l. 9. §. 3. ff. de do. lo. vel numero, ut pecunia numerata, d. l. 1. §. 33. 34. 35. 36. l. 7. §. 2. l. 8. 22. 24. 26. §. 1. l. 27. 28. 29. pr. §. 1. l. 31. pr. l. 33. ff. h. r. l. 4. 7. 8. II. & ut, C. h. r. in sacculo signato d. l. 1. §. 36. l. 25. §. 1. l. 26. §. ult. l. 39. ff. h. r. l. 21. §. 1. ff. de furr. vel per se & simpliciter considerantur: ac rursus vel seipsas movent, ut servi d. l. 1. §. 5. 9. 10. l. 7. pr. l. 23. ff. h. r. & equil. 61. §. 5. ff. de furr. vel non, ut vestimenta d. l. 1. §. 8. ff. h. r. cista, ubi licet cista deposita sit signata, tamen species in ea conditae quoque depositae intelliguntur d. l. 1. §. 41. ff. h. r. sicut fit cum arca clulæ cum veste & instrumentis deponitur l. 26. pr. ff. h. r. tabula testamenti d. l. 1. §. 58. ornamental. i. C. h. r. Instrumental. 6. 7. C. h. r. Quae verò depositis rebus accedunt, deposita non sunt, l. 1. §. 5. ff. h. r. propria etiã res apud Dominum si ultra deponuntur: cum dominus ex deposito non obligetur l. 15. ff. h. r. quia non est ex bona fide ut rem suam dominus cuiquam restituere compellatur. l. 3. ff. h. r. b) Immobiles enim ob sequentes rationes hinc excluduntur. Quia I. ipsis non competit definitio vel notatio depositi. II. neque causa efficiens seu modus contrahendi in ijs locum evidentem invenit. Depositum enim est contractus realis, qui ad sui perfectionem necessario traditionem rei desiderat: §. 3. Inst. quib. mod. re. contrah. oblig. & l. 26. §. 1. ff. h. r. ubi expressè dicitur depositum contractum non celerari nisi traditio rei sit facta. At res immobiles evidenter & omnino proprie tradi non possunt; cum tradere sit è manu in manum dare; id quod in rebus immobilibus, quae de loco in locum moveri non possunt, accidere nequit. III. nec forma quae ex definitione depositi intelligitur, iisdem competit IV. nec deniq; finis omnino responderet, qui est, ut res deposita custodiatur §. 3. Inst. quib. mod. re. contrah. oblig. l. 1. §. 5. ff. de oblig. & Alt. l. 1. pr. §. 8. 9. ff. h. r. l. 5. §. 3. ff. de commod. l. 3. §. 1. ff. de Naut. caup. stab. §. fin. Inst. de mandat. In rebus namq; immobilibus custodia pianè est inutilis: quia custodia eò potissimum pertinet, ne res furto auferatur: res vero immobiles furto auferri non possunt. §. 7. in fin. Inst. de Usucap. d. E. Et denique V. non parum probat.

probat, quod nullum penitus exemplum rei immobilis depositæ in
jure ostendi possit.

456.

V.

*Forma depositi est: ut res ipsa & quidem custodiendi
gratia sit tradita, à depositario gratis servanda, & in specie
quandocumque liberit deponenti, restituenda.*

a) Hic siquidem unicus & solus finis est depositi §. 3. *Inst. quib.
mod. re contrah. oblig. §. fin. Inst. de Mand. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. l. 1. pr.
§. 2. §. ff. h. t. l. 1. §. 3. ff. commod. l. 3. §. 1. Naut. caup stab.* quo à cæteris
contractibus, qui idde re contrahuntur distinguitur; veluti à mutuo,
quod datur ut dominium transeat in accipientem, quo is deinde re
accepta utatur, & contractu mutui finito alias res ejusdem generis
restituatur. *d. l. 1. §. 2. ff. de O. & A. & à commodato, quod quidem æque
ac depositum in specie restitui debet, & gratuitum est, §. 2. Inst. quib.
mod. re contr. oblig.* non tamen custodiendum sed utendum datur. *d.
§. 2. à pignore* quod etiam ut depositum custodiri & in speciem resti-
tui debet; verum; custodia hic non est finis pignoris, non enim datur
pignus ut custodiatur sed ut per id creditori caveatur. §. 4. *Inst. quib.
mod. re contrah. oblig.* pignus præterea datur rei possidenda. *l. 35. §. 17.
ff. de pign. act.* atque etiam si opus sit vendendæ causæ. *l. 4. ff. eod. qua-
secus se habent in deposito, id enim tantum custodiendi non etiam
utendi gratia datur, adeo ut etiam is qui eo usus est, furti teneatur §. 6.
de. oblig. qua ex delict. nasc.* in deposito præterea neque dominium
neque possessio transfertur in depositarium. *l. 17. §. 1. ff. h. t. l. 6 C. de
donat. inter vir. & ux. l. 3. §. 18. ff. de acquir. vel ansitend. poss. l. 2. §. 1.
ff. pro herede l. 67. ff. de furt.* b) Nam etsi qui depositum ratione
generis sui sine consensu contraheutum existere non possit, is ta-
men consensus non sufficit, quia enim depositi obligatio re contrahi-
tur; §. 3. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. 5 ff. de oblig. & act. ne-
cessario traditio intercedere debet, ut scilicet res detur custodienda,
d. §. 3. d. l. 1. §. 5. & l. 1. pr. l. 6. ff. h. t.* vide præterea etiam quæ supra
dicta sunt in §. 1. sub lit. f. Cæterum depositum non est si litis prole-
quendæ causâ instrumenta quis tradat Procuratori. *l. 2. pr. ff. mand.
aut cum te rogo ut meam rem perferas ad Titium, ut is eam servet
d. l. 1. §. 11. ff. h. t.* licet placuerit ut Titio eam non recipiente tu eam
custodias; *d. l. 1. §. 12. ff. h. t.* Oportet enim deponentem eo esse animo
ut velis

ut velit deponere: & depositarium ut velit rem traditam, quasi depositam, recipere l. 18. §. 1. ff. de reb. cred. c) vide qua supra dicta sunt in th. 1. sub lit. h. k. & l.

V I.

Finis depositi est: ut res deposita custodiatur. a

a) §. 3. *Inst. quib. mod. re contrab. oblig.* l. 1. §. 5. ff. de O. & A. l. 1. pr. §. 8. 9. ff. h. t. l. 5. §. 3. ff. *commodat.* l. 3. §. 1. ff. *Naut. caup. stab.* §. *fin. Inst. de mand.* Talis autem in custodiendo diligentia à depositario in re deposita exigitur, qua opponitur dolo et culpa lata: obligatur inamque depositarius ad dolum & latam culpam praestandam. §. 3. *Inst. quib. mod. re contrab. oblig.* l. 1. §. 5. ff. *de oblig. & act.* §. *fin. Inst. de societ.* §. 17. *Inst. de oblig. quae ex del. nasc.* l. 1. §. 6. 7. 8. 10. & *ult. l. 13. pr. §. 1. l. 20 32. ff. h. t. l. 1. C. cod. l. 23 ff. de R. I.* ad levem vero aut levissimam nequaquam d. §. 3. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.* multo minus ad casum fortuitum l. 1. §. 35. ff. *h. t. l. 1. C. cod. l. 13. §. 1. ff. de liber. causa:* cum nulla ejus vertetur utilitas apud quem deponitur, l. 108. §. 12. ff. *de legat. 1. l. 17 §. 1. ff. de praeser. verbis. arg. l. 5. §. 3. ff. commod.* iraque securus est depositarius qui parùm diligenter custoditam rem furto amisit, quia qui negligenti amico rem suam custodiendam tradit, non ei, sed suae facilitati id imputare debet. d. §. 3. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Sunt tamen casus aliquot in quibus depositarius levissimam culpam & casum fortuitum praestare tenetur. Si nempe contrahentes expressè de hoc convenerint l. 1. §. 35. ff. *h. t. contra-*ctus enim legem ex conventionione accipiunt d. l. 1. §. 6. 7. ff. *h. t. 2.* Si depositarius fuerit in mora restituendi: l. 12. §. *fin. ff. h. t. 3.* Si depositarius deposito se obtulit: d. l. 1. §. 35. ff. *h. t. 4.* Si aliquid pro custodia accepit d. l. 1. §. 8. ff. *h. t.* In quo posteriori casu tenetur de culpa levi non quidem actione depositi, sed conducti, si quantitas pro mercede soluta est, d. l. 1. §. 8. vel actione praescriptis verbis quando aliqua species pro custodia data est, l. 1. §. 2. ff. *de praescript. verb.*

V I I.

Effectus depositi est obligatio, ex qua depositi oritur actio.

Quae pro diversitate obligationum duplex est: Alia enim directa est; alia Contraria l. 1. *vers. qui pro socio* l. 6. §. *fin. ff. de his qui non aut. infam.* l. 5. *pr. ff. h. t.* Directa, est actio personalis, bonae fidei l. 1. §. 23.

§. 23. l. 24. ff. h. t. junct. §. 28. *Inst. de Act. l. II. C. h. t. pura*, statim enim quamvis in diem depositum sit eā agi potest d. l. 1. §. 22. 45. ff. h. t. l. II. pr. C. eod. rei persequutoria §. 17. & 18. *Instit. de Act. in deposito voluntario*; in necessario verò est mixta, persequens & rem & pecuniam d. l. 17. 18. *Inst. de Act. l. I. §. 1. l. 18. ff. h. t.* quæ datur Deponenti (sive is bonæ, sive malæ fidei possessor fuerit, ut puta fur aut latro d. l. 1. §. 39. ff. h. t. ita tamen ut si ipse dominus & fur deponens in petitione concurrant, dominus præferri debeat. l. 31. ff. h. t.) & cæteris ejus successoribus, eique cui ex Scto Trebelliano restituta est hereditas. d. l. 1. §. 19. ff. h. t. modò dies restituendæ hereditatis veniunt. *fin. §. 1. ff. ut leg. vel fid. serv. caus.* Et si quidem plures sint heredes & depositum commodè dividi possit pro parte hereditaria cuilibet heredi hæc actio datur, d. l. 1. §. 36. ff. h. t. Si autem quidam de hereditate inter se contendant, ei danda est actio qui depositario cavet eum defensum iri d. l. 1. §. 37. ff. h. t. Adversus eos, qui cum depositum susceperint ex depositi causa sunt obligati §. 3. *Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1. §. 18. 42. ff. h. t. l. 5. pr. ff. de pecul. eorumque heredes l. 8. C. h. t. l. 9. 10. 12. §. 2. l. 14. §. 1. l. 25. pr. l. 1. §. 1. 45. & ult. l. 2. 3. 6. 7. §. 1. l. 18. ff. eod. vel ex dolo defuncti si videlicet locupletiores nō sint facti. l. 7. §. 1. l. 9. l. 1. §. 1. l. 18. ff. h. t. l. 12. 49. ff. de O. & A. fac. l. 152. §. fin. l. 157. §. fin. ff. de R. I. vel proprio l. 9. 10. l. 1. §. 1. l. 18. 22. ff. h. t. ad restitutionem ipsius rei depositæ §. 3. *Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. l. 2. pr. ff. de reb. cred. & quidem non deteriorata d. l. 1. §. 16. ff. h. t. l. 3. §. 1. l. 18. §. 1. ff. commod. l. 41. pr. l. 42. ff. ad l. Aquil. unā cum iis quæ rei depositæ accedunt; quamvis ista deposita non sint: d. l. 1. §. 5. 36. 41. l. 29. pr. ff. h. t. aliquando etiam ad pretium rei depositæ, etiam si dolus nullus sit commissus; puta si heres, nesciens rem esse depositam penes defunctum, alienaverit eam, nec possit eandem redimere d. l. 1. §. fin. ff. h. t. cum l. 2. 3. & 4. ff. eod. Regulariter autem hæc actio in simplicium competit d. l. 1. §. 1. ff. h. t. Exceptis quatuor casibus supra in deposito necessario enumeratis, si nimirum incendij, ruinae, naufragij vel tumultus causa res deposita fuerit in quibus depositarius propter dolum conventus, & de mendacio convictus in duplum tenetur. d. l. 1. §. 1. l. 18. ff. h. t. & §. 17. *Inst. de Act.* Ratione differentia ista, quod qui deliberatè deponit possit eligere idoneam personā, & sibi imputare debeat si apud negligentem deposuerit, ac simplio propterea contentus sit; qui verò ex necessitate, ut ex prædictis**

B

prædictis

prædictis quatuor casibus deponit, non potest tam facile prospicere cum non habeat ut in altero casu liberam electionem. Major insuper in suis fides exigitur; & quia tunc crimen perfidiae crevit, crescit & pœna d. l. i. s. 4. ff. h. t. Contraria verò depositi actio datur ipsi depositario, ejusque heredibus contra deponentem ejusque heredes ad recuperandas expensas necessarias & utiles, circa rem depositam factas: l. 12. pr. ff. h. t. quâ ipsâ depositarius etiam impensas cibarium repetere potest. l. 23. ff. h. t. Et datur hæc actio ad obtinendam omnem in demeritatem ejus qui depositum suscepit. l. 5. pr. ff. h. t. Notabilis autem est istarum actionum differentia in effectu: quod actio depositi directa infamat, si videlicet reus eâ fuerit condemnatus l. 1. l. 6. s. 6. ff. de his qui notant. infam. & l. 10. C. h. t. Contraria non item. d. loc. Atque hoc pro instituti ratione de deposito dixisse sufficiat.

COROLLARIA.

I.

An sequestratio sit species depositi? Neg.

II.

An factâ sequestratione possessio in sequestrem transferat? Neg.

III.

Num hodiernum Imperium Germanorum rectè possit dici Romanum & Monarchicum? Aff.

IV.

Num Elector Imperij seipsam eligere possit? Aff.



PRÆSTAN-

PRAESTANTISS: ET DOCTISS:
DN, JOANN-MELCHIORI REINHARDO

Juris cultori Studiofisis- Fautori & Amico per
quam dilecto.

JOANNES-MELCHIOR REINHARDUS.

Araxapualudis.

AN ES IN HONORE CLARUS? DIRIME.

AN clarus claro clares REINHARD' in honore,
Qui famam celebrem reddat in orbe tuam?

Non mens in dubio est, pleno sed praedicat ore.

Te clarum: studium sic vocitare jubet.

Affiduo quæris legum sudore tenorem;

Melli suo juris labra liquore rigas.

AEquus ut interpres gemino de fonte forensi

Jurgia quæ varîe sunt dirimenda scias.

Clarus es hinc, claro splendescit nomen honore:

Quod dirimis justè jurgia, jura terens.

Commensali sito sinceri amoris ergo

F.

M. JACOBUS HONOLDUS,

SS. Theol. Stud.

II.

CHare petis diserturo Tibi fundere carmen,

For san quod venâ nobiliore fluit.

Gratificor, nec gratificor, mi suavis Amice;

Illud mitto lubens: hoc mihi Musa negat.

Gratificor sanè, modulor dum carmen avenâ;

Non Tibi gratificor, dum cano voce rudi.

Si relegis, sapiens haud dignos fingere versus

Viribus ingenij, nec magis arte tuâ.

B. 2

Pegasus

Pegāsidas, fateor, non sum deductus ad undas,
Ut canerem tanto carmina digna viro.
Accipias equè cantatum carmen agresti
Cannâ; neglectus quod Tibi reddidit ager.
Quamvis verba fluant tenui, crudâq; Minervâ;
Attamen ex animo dexteriore fluunt.


animitus gratulabundus f.
NICOLAUS AGERIUS.




Strassberg, Diss., 1623-26

X2617020

WMA





DICA
ITO,

33.
453

1623,5.
/

A.

i Viri,
DIS LOCA-
A ARGENTO.
leberrimi, Faculta-
s Præceptoris ac
ultu excipiendi,

rcity gratiâ

NHARDUS

TI,
DLERT,
III.

